

ad Dóminum. Cant. Magní- ficat. e u ó u a e.

Oratio.

DEUS, qui gloriósam Matrem tuam nominári Maríam voluísti : concéde, quæsumus, ut qui dulce Maríæ Nomen implórant ☩ perpétuum séntiant suæ benedictiónis auxílium : Qui vivis.

In utrisque Vesperis omittatur Memoria Nativitatis B. Mariæ V.

AD II. VESPERAS.

Psalmi de Communi unius Virginis.

Super Ps. Ant. iij. toni.



DUM esset Rex. Ps. Dixit Dóminus Dó-

mino me-o. e u ó u a e.

Antiphona Dum esset Rex. et Capitulum Ab inítio., ut in j. Vesperis; Hymnus Ave maris stella., pag. 678; ℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.; ad Magnificat Antiphona Solémnitas tua Dei Génitrix Virgo., pag. 681; Oratio Deus, qui gloriósam Matrem tuam., ut supra.

DIE X. SEPTEMBRIS.

S. NICOLAI DE TOLENTINO CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

CONCEDE, quæsumus omnípotens Deus : ut Ecclésia tua, quæ beáti Nicolái, Confessóris tui, virtútum et miraculórum glória corúscat ☩ ejus intercessióne et méritis, perpétua pace atque unitáte lætétur : Per.